Universitätsbibliothek Paderborn

# Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis. ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue] docto eos digne legenti. predicanti. aut ...

**Nicolaus <de Plove>**

**Argentine, 22. XI. 1494 - 1495**

D[omi]nica decimasexta post trinitat[is].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31214**

Visual Library

et querunt. quia maxime mouent delecta/
tionē ſenſualē. ideo videntur nobis groſſi
ora. Celeſtia vero bona multū diſtant. et
ſic non mouent ſenſuz. ꝓpter quod nō que/
runtur ab homine. Sed contra ſic dece/
ptos arguit Seneca Epiſtola. xiij. Dua/
bus rationibus. Primo ſic. Si iſta eſſent
bona ſimpliciter puta corporalia. ſicut ho/
mini apparent. tunc homo eſſet felicior deo
quia homo iſtis vtitur. et deus non. q̄ non
epulatur. opes non querit. et ſic de alijs.
Sed impoſſibile eſt deo abeſſe aliq̄d bo/
ni. ergo iſta bona non ſunt. Secunda ra/
tio quia animalia bruta magis iſtis vtun/
tur q̄ȝ homines. ergo feliciora ſunt q̄ȝ ho/
mines. q2 bruta auidius vtuntur cibo. Ex
quibus concludit Seneca Epiſtola. xiij.
Q2 felicitas hominis viatoris eſt perfecta
ratio conſūmata virtutibus. quia hoc eſt
ſolū propriū bonū hominis. cetera illi cū
animalibus cōmunia ſunt. quia ſi homo ē
fortis et leo eſt fortis. Si pulcer et pauo/
nes formoſi ſunt. Si velox. equi velocio/
res ſunt. Patet ergo q̄ nullus ſapiens et
preſertim chriſtianus pro iſtis caducis et
corporalibus bonis principaliter debȝ la
borare. que ſunt cōmunia etiā beſtijs. at/
tendens preſertim quia iſta dātur beſtijs.
vt dicit ſaluator in euangelio de volatilibꝫ
Que tamē de hoc nihil cogitant. Multo
fortius dabuntur homini. quia ad maio/
ra natus eſt. Querat ergo illa bona ſcilicȝ
ſempiterna propter que creatus eſt. et om
nia adijcientur ſibi. ſcȝ temporalia. Iuxta
illud. Nunq̄ȝ vidi iuſtum derelictū. neq̄ȝ ſe
men eius querens panem. Pſalmo. xxxvj.
Vbi dicit Innocencius quartus. Nunq̄ȝ
vidi iuſtū derelictū. a domio finaliter. nec
ſemen eius. id eſt. imitatores eius. querēs
panē. id eſt. nimis indigens pane. Quia
dicit Auguſtinus. Paſcet contemnentē ſe
ſcȝ peccatorē. et deſeret timentez ſe. Quaſi
di. Non. Sed diceres. Tamen multos
iuſtos videmus egentes. Sicut dicit apo
ſtolus etiā de multis ſanctis. Qui per fidē
vicerunt regna. Qui tn̄ erant egentes in
vite neceſſarijs. quo ad victum. et ſic erant
anguſtiati cura animi. prout exponit Hor/
ra Hebreor. xi. Ad quod dicenduȝ ſcd̄m
Auguſtinū. q̄ hoc eſt ex occulto iudicio di.
qui tales aliquando permittit ad tempus
egere. Vnde dicit Auguſtinus. Scit cele/
ſtis medicus quid vobis datur⁹ ſit ad con
ſolationē. et quid ſubtracturus ſit ad exer
citationē. Non eīn homo ſine cauſa iumē/
to ſuo cibaria ſubtrahit. Aliter expōit In/
nocencius hoc verbū. quia nūq̄ȝ vidi iu/
ſtum derelictū. nec ſemen eius querēs pa/
nem. id eſt. principaliter intendens corpo/
ralibus. quia ſi hoc facit aliquis. nec eſt iu
ſtus. nec ſemen iuſti. Luce. xij. Nolite inq̄/
rere quid manducetis. aut quid bibatis.
Nos igitur fratres queramus puro cor/
de dominū. et certi ſimus quia oīa ſecuȝ
nob donabūt tēpalia. In ipo eīn ſunt oia
ꝛ ipe eſt oibꝫ oia. Queramus ergo regnuȝ
dei principaliter. propter quod facti ſum⁹
et oīa adijcientur nobis. Qui enim dat
omnibꝫ bonū vinum. non negabit aquam
Et qui dat tibi regnū. non negabit equo
tuo pabulū. Et qui dat oībꝫ affluenter ꝛ
non improperat. qūo non dabit ſpeciali/
ter diligentibꝫ ſe. qui eīn large dat inimicꝭ
quomodo non dabit amicis. certe multo
plus. Cum dicat ſaluator. Beati qui eſu/
riunt et ſitiunt iuſticiā. quoniā ipi ſatura/
buntur. Ad quam ſaturitatem nos perdu
cat dominus noſter ihs xps. Amen.

## Dn̄ica decimaſexta poſt trinitatꝭ. I
## Sermo. CXIIII

Ecce defunctus ef
ferebatur. Luce. vij. Quoniaȝ vt
ait beatus Gregorius. xvj. libro
Moral. Nihil ſic ad edomandū deſideri/
orum carnaliū appetitū valet q̄ntū vt vnuſ
quiſq̄ȝ hoc quod nimium diligit quale ſit
mortuū penſet. Hec ille. Sciens igitur ec
cleſia quia inſtarent tempora periculoſa i
quibꝫ homines erunt ſeipos amātes. ſcilȝ
carnaliter. vt dicit apoſtolus. Igitur ad re
frenandū iſtum illicitū amorez inducit no
bis mortis memoriā. recolens mortez cu/
iuſdam adoleſcētis qui morte preoccupa/
tus fuit in etate iuuenili. Volens per hoc
nos inſtruere vt non reſoluamur in deli/
cijs. et maxime hoc tempore autūnali. ne
morte inſperata et ſubita in etate qua non
ſperam⁹ preoccupemur. Sicut dicit Se/
neca Epiſtola. xxvij. Quorūdā vitā mors
in medio flore precidit. aliorū interrūpit
ipa principia. Propter quod mors eſt no/

bis ſepius precogitanda. et maxime temi/
pramur voluptatibus. ſicut temporalibus
amenis. Unde Eccleſiaſtici. vij. dicitur.
Memorare nouiſſima tua. et in eternum
non peccabis. Et Seneca Epiſtola. xxv.
Nihil eq̄ tibi proficiet ad temperantiam
omniū rerum q̄ʒ frequēs cogitatio breuis
eui. et hoc incerti. Unde quicquid facias
reſpicias ad mortem. Et certe multum eſt
neceſſaria precogitatio mortis noſtre. quā
certe ſcimus futurā. Si enim homo pre/
uidet ſibi contra frigus hyemis tempore
eſtatis de bona tunica aut pellicea. quam
vtiq̄ʒ ignorat an expectabit. multo magis
deberet ꝓuidere de bona vita cōtra mortiſ
amaritudinē. quā vtiq̄ʒ certiſſime ſcit vētu
rā. Unde Epla. cxlvij. Nullius rei tā cer/
ta eſt meditatio ſicut mortis. Ad certa em̄
exercemur ſeu preparamur. Fortaſſis in
ſuperuacuū ad paupertatem preparatus
eſt animus. forte permanebunt ſufficiētes
diuitie. Ad contemptū doloris nos arma
mus. forte nunq̄ʒ exigetur a nobis huius
virtutis experimentū. Non autem de mor
te que neceſſario erit futura. ad quā ſe ho/
mo neceſſario debet diſponere. Quia ſm
Senecam Nihil ſtultius q̄ʒ faſtidioſe mo
ri quod vtiq̄ʒ contingit illis qui non ſunt
preparati ad mortem. qui faſtidioſe mori/
untur. Econtra vero ſapiens ſecurius mo
ritur q̄ʒ naſcitur. ſm eum Epiſtola. lvij. et
ideo iuxta conſilium ſapientis Eccleſiaſti
ci. xiiij. Memor eſto quoniā mors nō tar/
dabit. Notanter dicit. non tardabit. quia
nullo modo declinari poteſt. vt dicit Au/
guſtinꝰ libro. xiij. de ciuitate dei. capitulo. xj.
Quantū autē bonū ſit talis premeditatio
mortis oſtendit etiā ille paganus Sene/
ca libro. iij. de naturalibꝰ queſtionibus di/
cens. Effice mortem tibi cogitationē fa/
miliarē. id eſt. vſitatam. vt ſi ſors ita tule/
rit poſſis et ei obuiā exire. Unde idē oſten
dens quid nos pigros ad bene agendum
facit Epiſtola. cxlv. dic̄. Quid nos pigros
et ineptos facit. et reſpondet. Nemo noſtꝝ
cogitat quia ſibi ex hoc domicilio eſt emi/
grandū. Hec ille. Maxime autem homo
debet timere et ſemper proficere cogitan/
do ne morte preueniatur in tempe iuuen/
tutis. Iuxta illud Eccleſiaſtes. vij. Ne im
pie agas et noli eſſe ſtultus. ne moriaris
in tempore non tuo. id eſt. quando adhuc
ſperabas vlterius viuere nec credebas tē
pus mortꝫ tue eſſe ita ſubito. Propter q̄d
ad incutiendā nobis memoriā mortis no
ſtre proponitur hodie mors iuuenis ado/
leſcentis. qui morte preoccupatus eſt in tē
pore non ſuo. ſicut dicitur in verbis pro/
poſitis. Ecce defunctus efferebatur. que
ſunt verba dominice p̄ſentis euangelij.

Ibat hieſus in ciuitatem que vocatur
Naym. Ecce defunctus ꝛc̄. In quibꝰ ver/
bis ꝓponitur nobis defunctus iſte ad con
ſiderationē multū ſalutarē per aduerbiuʒ
demonſtratiuū. Cum dicitur. Ecce defun
ctus. Ecce eſt aduerbiū demonſtratiuum
alicuius notabilis rei. que debet attēte cō/
ſiderari. vt ibi. Ecce dominus veniet. De/
bet igitur eſſe noſtra cōſideratio circa iſtū
defunctū tripliciter. Nam ꝑmo ammonet
nos ad noſtre mortis diligentem medita/
tionē. Cum dicit. Ecce. Secundo ammo/
net nos ad mortis eiuſdem multiplicem
diſtinctionē. cuʒ addit. defunctus. Tertio
hortatur nos ad piam et viſceralem mo
rientis compaſſionē. quia dicit. Ecce defū
ctus efferebatur ꝛc̄.

Ca i

Dixi primo ꝙ in verbis pre/
miſſis debet eſſe
noſtra cōſideratio circa mortis noſtre me/
ditationē diligentem. Cum dicitur. Ecce.
Ac ſi em̄ dicat. Uide ꝙ iſte qui nouiter vi/
xit nunc eſt mortuus. qui floruit emarcuit
Ac per h̄ memento iudicij ſui nam ſic erit
et tuū. Utilis eſt igitur memoria mortis
tam bonis q̄ʒ malis. tam diuitibus q̄ʒ pau
peribus. tam iuuenibus q̄ʒ ſenibus. tam
paganis q̄ʒ chriſtianis. ita vt ſicut non eſt
qui ſe ab eius calore abſcondat. ſic etiā nō
ſit qui ſe ad eam nō prediſponat. Tria aūt
bona proueniunt hominibꝰ ex huiuſmo/
di meditatione. Primo. quia facit mundū
contemnere. Secundo. quia facit carni re
ſiſtere. Tertio dyabolicis temptationibꝰ
nō conſentire. De primo patet. Dicit enim
Hieronimus ad Paulinum. Facile con/
temnit omnia qui ſe ſemper cogitat mori/
turū. Et certe ſic eſt. Nam qui cogitat ꝙ in
morte ſua om̄ia pulcra. om̄ia formoſa ſor/
didabuntur. om̄ia florida marceſcent. om
nia ſuauia et odorifera ſordeſcēt. facile iſta
pro nichilo reputabit. Unde metrice dici/
tur. Hic homo vas cinerum quid confert



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

flos facierū. Copia quid rerum mors vl/
tima meta dierū. Flores marceſces. cadēs
in mortem nigreſces. Gaudens ſordeſces
formidans nulla paueſces. Hac lege lecta
tene. lacrimis laxantur habene. Ne pateat
pene tibi ianua tēpore cene. Et alter me/
triſta dicit. ꝛc̄. Forma genus mors ſapiē/
cia vis et honores. Non retinent hominē
q̄n redit in cinerē. Ortus cuncta ſuos re/
petunt iureq̄ꝫ requirūt. Et redit in nichi/
lum quod fuit ante nihil. Ecce quomodo
nulla pulchritudo. nulle vires. nulle diui/
tie poſſunt ſubſiſtere ante mortem. Prop/
ter quod dicit Hieronimus ad Ciprianū
Qui ſe cogitat quotidie moriturū cōtem/
nit preſentia. feſtinat ad affutura. Et ſcd̄m
Gregoriū. Non poteſt mors melius vinci
cum venerit niſi prius q̄ꝫ veniat ſemper ti
meatur. Iſtam memoriā multum habue/
runt tam catholici q̄ꝫ pagani. et ideo facili
ter omnia contempſerūt. Unde Hieroni/
mus de ſe dicit. Siue bibo ſiue comedo
ſemper vox illa ſonat in auribus meis.
Surgite mortui venite ad iudicium. Re/
fert quoq̄ꝫ idem Hieronimus in epiſtola
ad Eliodorum. ꝙ Platonis fuit ſententia
omniū ſapientum. vitam meditationē eſſe
mortis. Unde Tulius vitam iſtā compa/
rat hoſpicio nō domicilio eo ꝙ homo de/
bet cogitare ſe continuo hinc exiturum. et
oīa que habet tm̄ habet in vſum non in
dominiū. de quibus moriens nihil ſecum
affert. Iob. xxvij. Unde mundus ſimilis
eſt cuidam hoſpiti qui dicebatur buſrides
qui hoſpites bene tractabat in die ſed de
nocte eos occidebat et ſpoliabat. Sic et
mundus facit ſuis amatoribus quos vl/
timo necat. quia mundus tranſit et concu
piſcentia eius. Secūdo cogitatio mortis
facit carni reſiſtere. Nam cū homo titilla/
tur et tēptatur a carne debꝫ cogitare quo/
modo caro reuerſura eſt in vilem cinerem
Iuxta illud quod ei a principio dictum eſt
Memento hō quia puluis es et in pulue
rem reuerteris Geneſis. iij. Unde ꝛ repro
bi fatebantur hoc dicentes. Sapientie. ij
Extinctus cinis erit corpus noſtrū. Iob
xxiiij. Oīs caro deficiet ꝛ in cinerem re
uertetur. Fertur ꝙ carbones iuniperi illi
us arboris conſeruant ignem per annum
ſi fuerint cineribus cooperti. Sic memo/
ria mortis noſtre conſeruat bene ignem
charitatis diuine in corde noſtro. et repri/
mit ignē concupiſcentie. Iſte eſt cinis vac/
ce quem dominus iubet colligere et in lo/
co puriſſimo ponere. vt dicitur Numeri
decimo nono. De quo dicit apoſtolus ad
Hebreos. ix. Cinis vitule aſperſus inqui/
natos ſanctificat ad emundationē carnis.
Ecce notanter dicit ad emundationē car/
nis. id eſt. ad mundiciam eius. Tertio me
moria mortis valet ad hoc quia non per/
mittit dyabolicis temptationibus conſen
tire. et maxime vane glorie que proprie eſt
temptatio dyaboli. eo ꝙ ipſe ſit caput om/
niū viciorum et dominus. tamen a nullo
peccato intitulatur ſicut a ſuperbia Iob q̄
dragesimo pmo. Ipſe eſt rex ſuper oēs
filios ſuperbie. Cum ergo temptat per ſu/
perbiam aliquem hominē ſtatim recurre/
re debet homo ad cognitionē fragilitatis
ſue que cito valde ruet ꝛ diſſipabitur in ni
hilum. Unde Hugo libro primo de aīa
reducēs aliorꝫ damnū q̄d prouenit ex hu/
iuſmodi vana glā dicit. Quid profuit illis
inanis glā. breuis mūdi potentia. carnis
voluptas. falſe diuitie. magna familia Et
ſequitur. De tanta leticia ceciderūt in ma
gnam triſticiam. de voluptate in grandeꝫ
miſeriam. de exaltatione in ruinā et mag/
na tormenta. Quicquid illis acciderit tibi
poteſt accidere. q̄a homo es. homo de hu/
mo. limus de limo. terra de terra. de terra
viuis. et in terram reuerteris quando ve/
niet dies vltima. et forſitan hodie veniet.
Certum eſt quod morieris. ſed incertum
quando quomodo aut vbi. quoniā mors
vbiq̄ꝫ te expectat. Tu quoq̄ꝫ ſi ſapiens fue/
ris vbiq̄ꝫ eam expectabis. Hec Hugo.
Iſta verba debet homo reuoluere ad re/
pellendum vanā gloriam. recolendo quia
quantūcunq̄ꝫ gloriabitur in vanitate. vl/
tio tranſiet iſta vanitas velut vmbra. Sa
pientie quinto. Ipſe quoq̄ꝫ cū ea tranſiet
ſicut vmbra Iuxta illud pſalmiſte. Sicut
vmbra que declinat ablatus ſum. Sicut
narrat Hieronimus Epiſtola q̄dragesima
q̄nta. ꝙ Xerſes rex Perſarum cum ſemel
de ſublimi loco quaſi infinitaꝫ hominum
multitudinē conſideraſſet ſui exercit⁹ pro/
rupit in lachrimas. Et cū ab eo cauſa que
reretur. Reſpondit ideo. quia poſt centū
annos nullus iſtorū quos nunc cerno ſu/
peruictur⁹ erit. Sic quilibet conſiderans

aliū aut ſeipſum quotiens eum inſpexerit
merito poterit prouocari ad fletū. quia qui
nūc floret poſt paucos dies deficiet. Unō
quaſi de morte ꝓpinqua ſibi imminente co
gitare poterit verbū noſtri thematis. Ecce
defunct⁹ efferebat. Et tm̄ de p̄mo.

B

Dixi ſecundo ꝙ in verbis
p̄miſſis de/
bet eſſe nr̄a cōſideratio circa mortis mul/
tiplicem diſtinctionē. Cum dicitur. Defun
ctus. Ac ſi enim diceretur. Ecce defunct⁹
corpore. qui vtinam nō eſſet defunct⁹ men
te. Eſt ergo ſciendum ꝙ triplicem mortem
legimus in ſcripturis. Eſt enim quedam
mors corporalis reſolutionis. ⁊ illa eſt na
turalis et cōmunis omniū. Alia eſt mors
culpabilis infectionis. et illa eſt ſpecialis
tm̄ malorū hominū. Tertia eſt mors ſan/
cte conuerſationis. ⁊ illa eſt ſingularis tm̄
electorū. De prima morte patet illud. ſcdi
Regum. xiiij. Ubi dicitur. Omnes mori/
mur et ſicut aqua dilabimur ſuper terraꝫ.
que vltra nō reuertetur. Dicitur auteꝫ iſta
mors naturalis nō ꝙ ſit homini cōcreata
a deo. ſed pro meritis prime preuaricatio/
nis illi acceſſit. Unde iam naturalis facta
eſt. quia originaliter a primo homīe ī om/
nes homines tranſijt. Ita dicit Iſidorus
libro p̄mo de ſummo bono. caplo vndeci/
mo. Sapientie p̄mo dicit. Deus mortem
nō fecit. Et poſt pauca. Impij. id eſt. Adā
et Eua accerſierunt illam. Ex quo dicto
apoſtolus concludit. Ro. v. Per vnum
hominem pctm̄ intrauit. et per peccatum
mors in mundū venit. Romanorum q̇nto
iam mors nobis dicitur quaſi naturalis.
Unde ipſe appellat om̄es homines natu/
raliter filios ire dei. Epheſ. ij. Iſta tamen
mors licet ſit multū penalis et amara iter
om̄ia terribilia. Sicut dicit philoſophus
iij. Ethicorū. tamen iuſtis eſt multū deſi/
derabilis et iocunda. Sicut enim ideꝫ ci/
bus eſt infirmo amar⁹ et ſano ſuauis. Si/
cut dicit Auguſtinus libro. iij. Confeſſion̄.
Sic mors impijs eſt valde terribilis. ſan/
ctis vero delectabilis. Unde Eccleſiaſtici
xli. dicitur. O mors ꝙ̄ amara eſt memoria
tua homini iniuſto et pacē habenti in ſub/
ſtantijs ſuis. Eo enim ꝙ iniuſtus eſt timet
ſupplicū. et quia pacem habet in ſuis bo/
nis. ideo cum dolore ea relinquit. Sed de

iuſtis econuerſo eſt. quia ibidem dicitur.
O mors ꝙ̄ bonū eſt iudicium tuū homini
indigenti et qui minoratur viribus. ſcilicꝫ
merendo premiū. Ex quo patet ꝙ peccato
res et iuſti licet eadem morte moriuntur.
non tamen equaliter. Nam de iuſtis dicit
Prouerbioꝝ. xiiij. Sperat iuſtus in mor
te ſua. Et quid ſperat oſtendit Eccleſiaſti/
ci. j. Timenti deū bene erit in extremis. et
in die defunctionis ſue benedicetur. Ecō/
uerſo de peccatore dicit Prouerbiorū. xj.
Mortuo homine impio nulla erit vltra
ſpes. Et Sapientie. iij. Infelices ſunt et
inter mortuos ſpes illorū eſt. Ex hoc infe
ro ſcdm beatū Dyoniſium in libro de ec/
cleſiaſtica ierarchia. caplo. ij. Et licet mors
omniū hominū nō ſit in nobis anime con
ſumptio. ſed tm̄ ſeparatio a corpe. tamen il
la ſeparatio eſt diuerſa. quia vt ait ibideꝫ.
et etiā cap. vij. eiuſdē libri. Sancti ꝑgunt
ad inuiſibilia dei facta. et ad deſideratā in/
corruptionē. et laudant diuina munera. et
ſpūali delectatione adimplent. nō iam for
midantes de cetero lapſum peccati. ſed bn̄
ſcientes ꝙ bona que poſt mortē recipient
firmiter et eternaliter poſſidebunt. Econ/
uerſo aūt mali et ſordidi attendētes quia
fidē quā acceperant cōcupiſcentijs quib⁹ in/
heſerūt ſordidauerūt. et vitā ſanctā dereli
querūt. miſerabiliter et nolētes abſcindū
tur ab hoc ſeculo. quia nō habent ſpem fu
ture cōſolatōis. quia cōſcie ſunt ſibi praue
vite p̄terite. nec purgate ꝑ verā penitentiā.
Uerba ſūt obſcura. ego poſui ea facilius.
Ex hoc patet quare ſancti deſiderant mor
tem dicentes cum Paulo. Cupio diſſolui.
Impij aūt cupiūt diu viuere. Et ex h̄ etiā
patet quare ſanctoꝝ mors dicit dormitio.
Sicut deducit ibideꝫ idem Dyoniſi⁹. Ex
his iam infero ꝙ boni homines vt cōmu/
niter leuius et facilius dulcius et hilari⁹
moriunt ꝙ̄ mali. qui vt cōmuniter moriūt
difficulter et grauiter. Nam ait Iſidorus
libro tertio de ſummo bono. cap. xxvij. Ele
ctorū anime in ſuo fine hilareſcūt cōtem/
platione eternoꝝ bonoꝝ. Unde finē illoꝝ
tranquilla vocatio cōmendat. vt et eo in/
telligant ſanctoꝝ hēre cōſortiū angelorū et
h̄ et ab h̄ corpe ſine vexatōe dura tollūtur.
Prauos autem homines apoſtate angeli
excipiūt morientes. vt eis ipi ſint tortores
in penis q̇ fuerūt ſuaſores ī vicijs. Hec ille

Idem patet p̱ beatũ Gregoriũ in omelia
ſup̱ illud. Cũ venerit et pulſauerit confe/
ſtim aperiant ei. Ubi dicit. Cõfeſtim ape/
rit qui letus iudicē ſuſcipit. et cũ tempus
appropinquat mortis de gloria retributio
nis hilareſcit. Unde autem iſta iocũditas
ſanctis ꝓuenit dictũ eſt ꝙ ex appropinqua/
tione premij quod ſe ſperant recepturos.
Fit etiam ex apparitiõe aliquorũ ſanctorũ
quos tunc vident. et interdum de viſione
ipi⁹ ſaluatoris. vt dicit Gregorius lib. iij.
Dyalogoꝝ. Ecõuerſo vero malis fit mag
nus timor ex deſperatiõe p̄mij. et ex viſiõe
demonũ. qui eis tunc horribiles apparent
et eos terrent. prout ait idem Gregori⁹ li.
vi. Moral'. ¶ Sed diceres. Tamen in/
terdum videmus ſanctos homines graui
ter mori et grauiter turbari in hora mor/
tis ipſoꝝ. Ad qd̄ reſpõdeo ſcd̄m Iſidorũ
vbi ſupra. Et Gregoriũ. xxiiij. lib. Moral'.
Qꝫ h̄ contingit ex duab⁹ cauſis. Primo ex
eo ꝙ ſi ſunt ſancti tamen terrent̄ ex ſeipſis.
ne ſicut ad premiũ ita ad ſuppliciũ protra/
bant̄. maxime cũ nemo ſit certus an odio
vel amore dignus ſit. Scd̄o ex eo qa quã/
doqꝫ ſancti habent aliqua leuia peccata de
quib⁹ non plene ſatiſfecerũt. Ne ergo va/
dant ad purgatorium purgantur hic dolo
re ꝛ pauore corporaliũ tribulationũ in ex/
tremis. Et ſic patet ſolutio iſtius dubij.
¶ L ¶ De ſecũda morte. ſcꝫ culpabilis
infectionis que eſt ſpecialis maloꝝ. et iſta
nõ eſt aliud niſi ſeparatio anime hominis
a deo p̱ peccatũ. ſm̄ Auguſtinũ. Iuxta illd̄
Iſaie. lix. Iniquitates veſtre diuiſerũt in
ter vos ꝛ deũ. Et Sapiẽtie p̄mo. Peruer/
ſe cogitationes ſeparant a deo. Et ab iſta
morte ducitur peccator ad aliã mortẽ per
petue cruciationis. De qua in Pſalmo di
citur. Mors peccatorũ peſſima. Ex quo
patet ꝙ dãnati moriunt̄ quadruplici mor
te. Primo morte naturali in corpore. Se/
cundo morte culpe in anima dum viuunt
in peccato. Tertio morte iehenne dum in
anima deſcendunt poſt mortẽ ad infernũ.
Quarto morte vtriuſqꝫ poſt diem iudicij
dum in vtroqꝫ perpetuo tam in corpore qꝫ
in anima morient̄. Et ideo dicitur. Mors
peſſima. Et ſciendũ ꝙ multum conuenien
ter mors culpe aſſimilat̄ morti naturali. et
hoc ꝓpter tres rationes. videlicet ꝓpter fi/
nalem defectũ. Secũdo ꝓpter conſimilem
effectũ. Tertio ꝓpter conſimilẽ aſpectum.
De p̄mo patet. nam moriente corpore ta/
lis eſt ꝓceſſus in deficiendo. Primo enim
corpus diſtemperat̄ et diſcreſiatur. Se/
cũdo homo infirmatur. Tertio moritur.
Quarto portatur. Quito ſepelitur. Sex/
to a vermib⁹ conſumit̄. Iſto modo anima
primo diſtemperatur et diſcreſiat̄ p̱ tẽpta/
tionẽ et cogitatõem de peccato. Secũdo
infirmat̄ per ſequentẽ delectationẽ. Ter/
tio moritur p̱ cõſenſum. Quarto aſportat̄
et elongat̄ ab hominib⁹ p̱ culpe ſue abho/
minationẽ et diffamationẽ apud homies.
Quinto ſepelitur p̱ malam conſuetudinē
Sicut eñ terra opprimit corpus ne reſur
gat. ſic mala conſuetudo eſt q̄ſi moles gra
uiſſima opprimẽs et neceſſitãs homiẽ ad
peccandũ. Unde Auguſtin⁹. viij. Cõfeſſi.
cap. v. Lex peccati violentia conſuetudis
qua trahitur et tenetur inuitus anim⁹ eo
merito quo in eam volens illabitur. Et in
eodem caſu cito poſt p̄ncipiũ loquens d̄ ſe
ipõ ꝓ ſtatu ſuo ante baptiſmũ. Suſpira/
bam inquit ligat⁹ nõ ferro. ſed mea ferrea
voluntate. velle meũ meqꝫ tenebat inimi/
cus. et inde mihi cathenã fecerat ꝛ ꝯſtrin/
xerat me. Nam ex volũtate ꝑuerſa facta ẽ
libido. ꝛ dum ſeruit̄ libidini. facta eſt con/
ſuetudo. et dũ ꝯſuetudini nõ reſiſtit̄ facta
eſt neceſſitas. Hec ille. Et hec conſuetudo
ſm̄ ip̄m cõpat̄ ſepulture Lazari. put ipſe
ait in li. de ſermone dñi in mõte li. j. ca. xij.
Sicut nũc videmus ꝙ magnis dñis et no/
bilib⁹ fiunt ſepulcra fortia et ſolida d̄ mar
more vel alabaſtro vel petra dealbata vel
ere depicta ꝛ ornata. ita vt cõmuniter adu
latores eoꝝ faciũt eis ꝯſuetudinẽ peccãdi
ſuis adulatõib⁹ adulãtes et ornãtes com/
mẽdantes eoꝝ pctã. Pſ. Laudat̄ peccator
in deſiderijs anime ſue. Sꝫ tñ eos nihilo/
min⁹ deprimũt ſic ſepulcra ne reſurgant a
peccatꝭ. Propter qd̄ Gre. li. iiij. Moral'. ca.
xix. notat multũ ꝙ xp̄s tres mortuos ſuſci
tauit. puellã in domo. iuuenẽ in porta. La
zarum in ſepulchro. Quartũ ſ̄o diſcipulo
nũciante cognoſcit mortuũ. ſed eũ non ſu/
ſcitat. quia valde difficile eſt. vt is quē p⁹
vſum male ꝯſuetudinis adulantiũ lingue
excipiũt a mẽtis ſue morte reuocet̄. Deqꝫ
bene dicit̄. Sinite mortuos ſepelire mor/
tuos ſuos. mortui eñ mortuos ſepeliunt
cũ peccatores pctõres fauorib⁹ premiũt.

Erat aūt Lazar⁹ mortu⁹ ſepult⁹. ſ3 a fideli
bus mulierib⁹ nō a mortuis cū pietate ſe/
pult⁹. Hec ille. Secto corp⁹ mortuū ꝟmi/
bus ꝯſumit̄. ſic mens ꝑuata vite gr̄e a ver
me ꝯſcīe deſperatōis ꝛ final̄ pn̄ie corrodit̄
et mordet̄. Sic ꝙ pctm̄ mors anīe dr̄. quia
intrat in animā ſicut mors in corp⁹. Unde
mors ei⁹ dr̄ ꝓpter ꝯſilē3 defectū vel deficiē/
di pceſſu3. ſic ſup̄ dictū eſt ꝑ ordinē. Scdo
dr̄ mors peccati ꝓpt̄ ꝯſilem effectū. Mors
nāq3 facit corp⁹ rigidū et frigidū fetidū et
putridū horridū terrenu3 ꝛ ponderoſum.
Iſto mō pctm̄ facit aīa3 rigidā ꝑ ſupbia3
et inobedientiā ad deū. Prouer. xviij. Lu3
obſecratiōib⁹ loq̄t̄ paup. ꝛ diues effabit̄ ri
gide. Glo. i. ſuperb⁹ efficit aīa3 frigidā per
inuidiā. Hiere. vj. Sic frigidā facit ciſter/
na aquā ſuā. ſic frigidā facit malicia anīa3
ſuā. Item facit eā fetidā ꝑ luxuriā. Iſa. iij.
et. xxxiiij. De cadaverib⁹ eoꝝ aſcēdet fetor.
Item facit putridā ꝑ gulā. ꝑ quā ſenſus et
rō ſepeliunt̄. vt hō in aſinū mutet̄. Hiere.
xxij. Sepultura aſini ſepeliet̄ putrefactus
Facit eā horridā ꝑ iracundiā Geneſ. xv.
Horror magn⁹ ꝛ tenebroſus inuaſit Abra
hā. Facit eam terrenā ꝑ auariciā q2 nihil
ſapit niſi terrena. Gen̄. iij. Terrā comedes
cūctis dieb⁹ vite tue. Facit eam etiā pigrā
ꝑ accidiā. q2 nihil boni opat̄ Prouer. xiij.
Vult et nō vult piger. anima aūt opantiu3
impinguabit̄. Et ſic pctm̄ dr̄ mors ꝓpt̄ con
ſimilē effectū. Tertio pctm̄ dr̄ mors ꝓpter
ꝯſile3 aſpectū. Quātumcūq3 em̄ hō fuerit
amabilis pulcer ꝛ delicat⁹. ſtatim mortu⁹ ē
horribilis. turpis ꝛ abhominabil̄ ꝛ a com
munione hoīm ſeparādus. Sic aīa ante
pctm̄ eſt pulcerrima ꝛ formoſa. Canticoꝝ
iiij. Ecce tu pulcra es aīca mea. ecce tu pul/
cra ꝛc̄. Sed ꝑ pctm̄ ſpoliat̄ ḡtuit̄. vulnera
tur in naturalib⁹. ꝛ fit fetida ꝛ abominabil̄
corā deo Ezech. xvj. Abominabile3 feciſti
decorē tuū. Et tūc aīa ſepat̄ a cōmunione
fideliū. q2 eſt extra grā3 ꝛ caritate3. ꝛ extra
amiciciā angeloꝝ. q2 oīs amici ei⁹ ſpreue
rūt eam. ꝛ facti ſunt ei inimici. Ideo Pro/
uer. xiiij. dr̄. Miſeros facit ꝓplos peccatū.
Et ſic patet quomodo peccatum dicitur
mors propter eius aſpectum. ¶ D ¶

¶ De tertia morte. que eſt mors ſctē con
uerſationis. ꝛ eſt tm̄ ſanctoru3 in hac vita
dr̄ Col. iij. Mortui em̄ eſtis. ſc3 mundo. et
vita vr̄a abſcondita eſt cum xp̄o in deo Et
ij. Coꝝ. vj. Quaſi morientes ꝛ ecce viuim⁹
Viri em̄ ſancti ꝛ religioſi et alij apparēt ſe/
cularib⁹ q̄i mortui. ſed tm̄ ī rei ꝟitate ſūt vi
ui. Romanoꝝ. vj. Eſtimate vos q̄dē mor/
tuos peccato. viuentes aūt deo. Et multū
cōpetenter religioſi dicūt̄ mortui. Primo
em̄ mortuus condit teſtamentū. in quo le/
gat animā deo. corpus tumulo. facultates
amicis. Sup hoc aūt ponit executores et
deputat. Iſto modo religioſus profitēdo
dat animā deo. corp⁹ monaſterio. faculta/
tes deſignat mundo. executores ſuos po/
nit p̄latos. quoꝝ cuſtodie tam aīa3 q̄3 cor/
pus cōmittit Secūdo q2 ſicut moritur⁹
ꝑmo incipit perdere calorem naturalē. po
ſtea viſum et vſum alioꝝ ſenſuū exterioꝝ. ꝛ
tandē motū ꝓpriū. ita ꝙ ſi debet moueri de
loco nō poteſt niſi per aliū. pannus ei tri/
buit̄ breuis et menſura certa. ꝛ finalit̄ ab/
ſcondit̄ in ſepulcro. Iſto modo religioſus
primo amittit calorem naturalē. i. amore3
carnalē et mundialē amicoꝝ et parentum.
Secūdo amittit quaſi vſum ſenſuū. quia
non oīa ꝑmittit̄ videre vel audire q̄ pla/
cent. nō oīa loqui poteſt q̄n vult ſ3 horis
ſtatut̄. vltimo ꝑdit motū. q2 nō mouetur
niſi ad voluntatē et p̄cepti p̄lati. ꝛ modico
panno ꝯtentat̄. nō ad ſupfluitatē ſ3 ad ne/
ceſſitatē. et tandē abſcondit̄ in clauſtro ſic
in ſepulcro. Sic ergo ſi videris aliquē ex
his trib⁹ taliter mortuū. ſc3 morte natura/
li. morte culpabili. morte ſancta. poterꝭ cō/
grue de eo dicere. Ecce defunct⁹ efferebat̄
Et hoc quo ad ꝑmiſſa3 informatiōem. Et
tm̄ de ſecundo. ¶ E ¶

Dixi tertio ꝙ in verbis ꝑmiſ
ſis hortat̄ nos ad
viſceralē et piam mentis cōpaſſionē. cum
dr̄. Efferebat̄. Iſti ſiquidē qui efferebant
mortuū. cōuenerant ad cōpatiendū vidue
ſup dolore ſuo. Tum q2 deſolata erat viro
quia vidua. tum quia orbata filio vnico. et
ideo iſti venerant ad exequias funerales.
Unde quidā portabant. quidā lacrimabā
tur ſequentes. ꝛc̄. Per quod datur nobis
exemplū vt libenter interſim⁹ exequijs fi/
delium. q̄d ſm̄ Dyoniſiū vtile videtur. et
maxime penitentib⁹ Nam ſm̄ eum in libro
de eccleſiaſtica hierarchia. caplo. viij. Con
uenienter aſſunt penitentes exequijs mor
tuoꝝ vt diſcant et attendant mortis con/
temptū. et honores ſanctoꝝ qui laudātur

a ſacra ſcriptura in eccleſia audiant. et vt
etiam audiant errantes et ipſi enarrant in-
terminabiles triſticias imminere. ⁊ vt pro
uocent̃ exemplis bonis defuncti audiẽtes
eum laudari ⁊ cõmendari per ſacerdotem
de bona vita. Hec ibi ſententialiter. Ex q̃
patet ꝙ valde vtile eſt facere ſermonē ex-
hortatoriũ in exequijs alicuius defuncti
qui fuit vite perfecte. ad exhortationẽ alio
rum. Ex quo infero ꝙ peſſime oblatrant
ſicut canes venefici huſſite heretici. dog-
matiſantes. non licere fieri ſolennitatẽ exe
quiorũ defunctorum. cum ſm Dyoniſium
vbi ſupra hic mos a ſanctis apoſtolis ſit in-
ſtitutus. ¶ Sed diceret aliquis. Utrum
in morte amicorũ debeat flere compatien-
do morti ſue. Reſpondeo ſm Iſidorũ de
ſũmo bono. libro. iij. caplo. xxvij. circa me-
diũ. vbi dicit. Et ſi pietas pro defunctis fi
delium flere iubeat. fides tamen ꝑ eis luge
re vetat. Illi enim deplorandi ſunt in morte
quos miſeros ex hac vita ſuſcepit. non quos
celeſtis aula letificãdos includit. Hec ille.
Et ſic patet breuis reſponſio. ꝙ boni non
ſunt deplorandi. In ſignum cuius chriſtus
hic dixit vidue Noli flere. ¶ F ¶
¶ Unde Robertus holgoth ſup librum
Sapientie. cap. xiiij. ponit decem cauſas
ꝓpter quas non eſt flendũ ſup bonis. quas
ego breuiter percurrã. et ↄtinentur in his
verſibus. Uult deus. vt ſuus. lex. liberat.
deus omnia noſcens. Nec valet. ymo nocet
obſtabat. ſurget. amabat. Prima igit̃ cau-
ſa eſt que accipitur ex cõſideratione diuine
voluntatis. cui nullo modo debemus eſſe
contrarij. Unde et paganus Seneca dicit.
Placeat homini quicq̃d deo placet. Diui-
na enim volũtas eſt ſumma omniũ cauſa q̃
fiunt. Cuius alia cã querẽda nõ eſt. vt di-
cat magiſter ſententiarum. libro. j. diſtin. xlv.
Propt̃ q̃d Aug⁹. in li. de vera religione. c. xlij.
dicit. Qui ꝑfecte deũ diligit non affligitur
morte cuiuſquã. Nam q̃ deum toto corde
diligit nouit nec ſibi perire q̃d deo nõ perit
Deus aũt dñs viuorum et mortuorum. Secũ-
do conſidera quia hoc iuſtũ eſt et licitum
vnicuiq; repetere q̃d ſuũ eſt. Unde Hie-
ronimus in Epiſtola ad Marcel. Nichil
abſtulit qui dignatus eſt recipere ſuũ. Ta
lis fuit Job qui audita morte filiorum. dixit
Dominus dedit domin⁹ abſtulit. Tertio
conſidera neceſſitatẽ moriendi. que eſt lex

cõmunis. Si enim tantũ tuo amico cõtigiſ-
ſet. aliquid eſſet. ſed ſtatutũ eſt omnibus ho-
minibus ſemel mori. Hebreorum. ix. Unde Am-
broſius. ij. de morte Satbiri fratris ſui.
Quid abſurdius quam vt idem q̃d ſcis omni
bus eẽ preſcriptũ quaſi ſpeciale deplores.
Unde metriſta. Pauperis et regis cõmu-
nis lex moriendi. Dat cãm flendi ſi bñ ſcri
pta legis. Guſtato pomo nullus tranſit ſi-
ne morte. Heu miſera ſorte claudit̃ omĩs
homo. Quarto cõſidera ꝙ mortu⁹ fit liber
de ſeruo. certus de dubio. beat⁹ de miſero.
Unde Auguſtin⁹ li. j. de viſitatione infir-
morum. Quis numerare poteſt ꝑſentis vite
moleſtias. eſurire. ſitire. algere. calere. laſſa
ri. Ideo refert idem. ꝙ fuerũt quidã phi-
loſophi q̃ in natiuitate puerorum flebant. quia
homo natus de muliere replet̃ multis mi-
ſerijs. Job. xiiij. Sed in morte gaudebãt.
quia euadũt miſerias Sic ſaluator in mor
te Lazari gauiſus eſt Joh. xj. Lazar⁹ mor
tuus eſt. et gaudeo ꝓpter vos. ⁊ in reſuſcita
tione eius plorauit. Igit̃ patet ꝙ mors li-
berat a miſerijs ꝑſentis vite. Quinto con
ſidera ꝙ deus eſt noſcẽs omĩa. ipſe enim no-
uit quid vnicuiq; expediat. cui viuere meli⁹
vel cui mori. Sexto ↄſidera quia lucr⁹ tu⁹ nõ
iuuat mortuũ. quia nec a morte nec a purga
torio poteſt eũ liberare. Unde Dauid. ij.
Regum. xij. Qui dum vixit puer ſu⁹ flebat.
Cum autẽ mortuus eſſet letatus eſt et co-
medit dicẽs. Nunq; potero eum reuocare
ampli⁹. Ego vadã ad eũ. ipſe vero nõ reuer
tetur ad me. Septimo cõſidera ꝙ luctus
tu⁹ illi nocet eo ꝙ occupatus circa fletũ nõ
potes debite orare ꝑ eo. Octauo cõſidera
ꝙ aliquotiens amici noſtri impediũt nos
a virtute ⁊ a via ſalutis ⁊ cor noſtrum ad mũ
dum alliciunt. Unde Auguſtin⁹ ſup Gen.
dicit. Sepe offendit̃ deus ne offendatur
amicus. ⁊ ideo nobis ſepius amici ſubtra
